


Zu der

# öffentlichen Prüfung aller Klassen

des

## Königlichen und Stadt-Gymnasiums

## zu Cöslin

ladet

**die hohen Behörden**

so wie alle Gönner und Freunde des Schulwesens

ehrerbietigst ein

**Dr. D. M. Müller,**

Königl. Professor und Director.

---

**Cöslin 1839.**

Gedruckt bei C. G. Hendeß.



# *Lectori.*

Anno vertente, comissatio imperatur. A convivis collecta exigitur. Quid censes, benevole lector? Eamusne in Ciceronis hortos, ut inde flores decerpamus, quibus caput et collum ornemus? At nihil ibi superest. Nam rosas omnes et violas nuperrime a viris doctissimis delibatas videbit, quicunque intrat. Periculum tamen, si placet, faciamus. Fieri enim potuit, ut passim amarantus vel apium oculorum aciem deceperit. Age, hos ipsos libros de Oratore petamus. Quoscunque enim in alios hortos deverto, semper in hos redire soleo et amoenitate et salubritate maxime insignes. Quid? quod nuper ipse novum ad eos aditum paravi, quem Ferd. Dümmlerus, Berolinensis Sosius, parvo pretio aperit. At nudum illum et inornatum nullisque munimentis tectum instruxi. Fateor, sed in culpa fuit aut Sosii parsimonia, aut temporum invidia. Vides tamen, me tamquam bonum patrem, hac opportunitate data, velle filii egestatem adjuvare eumque ita vestire, ut aliis non posthabendus videatur. Quid vero? Collecta exigitur, et nihil paro, nisi coronam? Non inornati inter ditiores accumbemus. Quod quanti sit, si nescis, ego Te non docebo. Vale! Si meliora non habes, his mecum utere. Scripsi Coeslini MDCCCXXXIX.

# Ad Ciceronis de Oratore librum secundum.

Cap. I. §. 1. Studio dicendi — Neutiquam verba a doctrina flagitant, ut cum Henrichsenio discendi praeferatur, quod Rüdigerus in Epistola Crit. anno 1832 edita contendit. Laudis enim oratoriae Cicerones pueri erant cupidi, putabantque, hanc sine doctrina comparari non posse. Qui praedicabant, summos illos oratores non eruditos fuisse, prohibere voluerunt Crassi et Antonii exemplo, ne pueri dicendi studio incensi doctrinae i. e. discendis artibus et literis se traderent. Quae Kunissius objecit, ea sane nullam habent vim. Ibidem. quod esse — Si Cicero hoc scripserat, quod ex conjectura restitui, corruptae lectionis originem explicare non est difficile. Kunissium in vulgata lectione defendenda oleum et operam perdidisse, non est, quod demonstrem.

Cap. II. §. 6. magna laude — Jis, quae Goerenzius ad III. Finib. 2, 5. contendit, praeter nostrum locum repugnant libro I. §. 245 „non ad tuam vim et oratoriam facultatem" et lib. II. §. 20. „Gymnasiorum et Graecarum disputationum." Atque sine causa Henrichsenius negavit, dici posse, laude dicendi esse, quum laus non sit facultas. Quum enim infra §. 75 magna gloria esse legatur, cur non magna laude?

Cap. VII. §. 28. Audite vero, audite — Hunc verborum positum, quantum ex silentio editorum judicare licet, omnes libri scripti exhibent. Quare nescio, quo jure Goerenzius in Jahnii Annalibus Philolog I. 2, pag. 331 locum sic laudaverit: Audite, audite vero, inquit; — Hoc quidem ex more Plauti est, qui post verbum repetitum, quam appellant ἔμφασιν, vero adjungit, quod est instantis et urgentis, sed in scriptis Ciceronis nullius nunc recordor exempli. Profecto, sane, mehercle, et quae sunt similia, in hac dicendi figura post repetitionem adduntur, nusquam autem vero. Non offenderem, si legeretur: Vero, audite, audite! inquit. Nam Vero, primo loco po-

situm, est utique; conf. Cr. et Mos. ad I. R. P. cap. 37. et Orellium ad Brutum 87, 300. Malim tamen legere: Audite vos, audite, inquit. Facile enim vos et vero a librariis mutantur. Eadem emphasi utitur pro Murena 37, 78; Audite, audite consulem — Agrar. I. 4, 12: Audite, audite vos, qui — Similes vides notatas a Creutzero ad I. R. P. 47, pag. 187.

Cap. IX. §. 36. vita memoriae — Ne hoc quidem probaverim, quod nuperrime Hanovius proposuit: vitae memoria. Friget enim hoc quam maxime. Puto potius, Antonium paulo audacius id dixisse, quod a nullo librario ortum esse potest. Significat, historiam esse praeconium rerum gestarum nulla aetate evanescens. Idem fere inesse in teste temporum et nuntia vetustatis, non nego; sed hoc neminem offendit, qui hanc veniam dat scriptori, ut, qua re ipse commovetur, eam pluribus et similibus luminibus, quasi insignibus quibusdam illustret. Quis est, qui diversas res quaerat in hac comoediae laude, quam Donatus ex Ciceronis scriptis affert, eam esse imitationem vitae, speculum consuetudinis, imaginem veritatis? conf. Osann. in Anal. Critic. pag. 56.

Cap. XI. §, 45. quae ut nemo tradat, quis — Sic I. Tusc. 21, 49 „quod ut ita sit, quid — Quum autem Exc. Pith. praebeant et quis, Cicero fortasse scripsit ecquis, ut III. Verr. 62, 143 „Verum, ut — haberem: ecquis est qui —“.

Cap. XIII. §. 54. varietate locorum — Matthiae, cui Henrichsenius assentitur, intelligit argumentorum, quae nos objecta dicimus. At hoc significatu nunquam Cicero dicit locos. Praefero nunc Pearcii interpretationem, coll. §. 63 regionem, et in Orat. 20, 66. et regio saepe aut pugna describitur.

Cap. XV. §. 63. regionum — Praemittendum videtur vel sine libris ac, quod facile omitti potuit.

Cap. XVII. §. 72. In quibus — Ante haec verba plene interpungendum esse, nos docet vis verborum, quae praecedunt. Ibidem §. 73. quemadmodum — In hoc loco sanando nemo satisfecit, multo autem minus, quam ceteri, Rüdigerus in Prolus. schol. anni 1832. Equidem nunc statuo, tria illa verba, uncis a me inclusa, non a Cicerone, sed a glossatore adscripta esse, ut doceret, etiam Phidiam in his minoribus non laborasse.

Cap. XIX. §. 82. efficere possumus — Haeret vir doctus, quod antea est possum. Saepe autem Cicero a singulari ad pluralem numerum transit, ut §. 185. et ad Attic. Epp. V. 14, 2 „Tamen magno timore sum: sed bene speramus.“ pro Ligario 7, 20, ubi Graecorum exempla Moebius congessit.

Cap. XX. §. 84. non difficilius — Erravit Schützius. Neque operae pretium est repetere Ernestii et Madvigii conjecturas. Equidem puto, haec continere lectoris cujusdam adnotationem, qua declaravit, illud fieri posse non difficilius, si ars conjuncta sit cum illo animo. Itaque uncis inclusi.

Cap. XXII. §. 91. in eo [vitiosum] esse — Sic codices omnes. Nemo tamen praeter Kunissium negavit, hoc ferri non posse. Olim edideram in eo vitio esse, quod

probat Heusing. ad Offic. I. 7, 8. et 14, 3 et J. Backius ad I de Re P. cap. 28. Orellianae editionis Censor Lips. conjecit: in eo ambitiosum esse. Hanovius mavult: in eo vitio similem esse. Equidem neutrum probaverim. Nunc potius praefero: in eo socium esse. Si quis adscripserat vitio, facile vulgata lectio oriri potuit. Constat autem, latine dici socium esse alicui in negotiis, in bonis etc. Inde translate in vitio. Ibidem §. 94. innumeri principes — „Sic plerique codd." Henrichsenius inquit. Orellius autem: „codd. omnes." Nec vero Schützius, ut tradit novissimus Forcell. Thesauri editor, sed ego primus defenderam hanc vulgatam lectionem. Consensit mecum Ellendtius, nullis tamen causis aliis adjectis. De Equo Trojano, fabula Livii aut Naevii, quam Ciceronis aetate actam esse patet ex ejus Ep. ad Fam. VII, 1, 8. conf. Osann. in Analect. Critt. pag. 5—7. Vocem innumerus in oratione pro Marcello 9, 28 defenderat Weiskius, restituit Steinmetzius. Si quis tamen statuerit, haec tria verba „innumeri principes exierunt" ex illa fabula esse desumta, equidem non repugnabo. In Oratore §. 40 dixit: „principes exstiterunt."

Cap. XXIII. §. 94. veritatis imitandae — Errant omnes ii, quibuscum Ellendtius ad Brutum pag. 164 statuit, veritatem esse h. l. veras causas. Has enim orator publicus non imitatur, imitandoque exprimit, sed revera agit, et suscipit, quod nunquam dicitur imitari. Histrio in imitanda, orator autem in suscipienda veritate versatur; cfr. supra §. 34. et lib. III §. 214 „oratores, qui sunt veritatis ipsius actores, reliquerunt, imitatores autem veritatis, histriones occupaverunt." Si quid video, hoc loco appellanda est ea dicendi ratio, qua Isocrates praestans fuit. Constat autem hanc a Cicerone suavitatem dici, lib. III. 7, 28. coll. Oratore 13. 40: „primus instituit dilatare verbis et mollioribus numeris explere sententias." Puto igitur, casu in vetustissimo codice scripto periisse priorem syllabam, et quum superesset vitatis, facile correctum esse veritatis. Ibidem §. 98. Caesar et Catule — Sine libris emendavi vulgatam Caesar et Cotta. Ut enim leporem et salem in Caesare laudari nemo negavit, ita subtilitas orationis singularis Catuli senis est laus, ut supra §. 28 „cui non solum nos Latini sermonis, sed etiam Graeci ipsi solent suae linguae subtilitatem elegantiamque concedere." Cum hoc loco conferas lib. III. 8, 29. Etsi autem similis laus Cottae tribuitur ibidem §. 31. hunc tamen non fuisse ex eorum numero, qui neminem imitari viderentur, patet ex Bruto 55, 203, ubi est: „Crassum hic (Sulpicius) volebat imitari; Cotta malebat Antonium." Atque in his libris semper Catulus cum Caesare, Cotta cum Sulpicio conjunguntur, ut §. 40. 41. 118. 140. 363. III. 230. Illi autem adsunt auctoritatis causa, hi ut discant, ut vel de vitiis suis aliquid audiant (III. §. 46.) et ut videant, quibusnam in rebus sibi sit vigilandum ac laborandum. Miror igitur, Henrichsenium assentiri Ellendtio in Prolegg. ad Brutum pag. 56.

Cap. XXIV. §. 101. receptis — Quae Madvigius et Henrichsenius ad discrimen verborum suscipere et recipere in medium protulerunt, his, si quid video, nihil proficitur.

Meam sententiam probavit Doederleinius in Synonym. IV. pag. 131. Postea vidi, Garatonium idem statuisse ad Milonianam pag. 257 ed. Orell. ubi scripsit: „Nimirum omnia modis omnibus suscipiuntur, ea vero recipiuntur, in quibus fides implorata interponitur."

Cap. XXVIII. §. 125. Q. Regis — quam concitasti in caussa Q. Regis. Censet autem Meyerus in Fragmtt. Oratt. p. 145 ex ipso loco nostro patere, in Norbani causa simul Manlii et Regis, qui itidem culpa Caepionis a Cimbris devicti erant, fortunam eum deplorasse. Hac tamen in re hominem doctissimum errare, ipse loci nexus verbaque proxima docent. Quid enim? Illae innumerabiles aliae commiserationes potueruntne in eadem causa locum habuisse?

Cap. XXIX. §. 128. in dicendo — Quum tot codices manuscripti haec verba ante orationis transponant, animo occurrit, rescribendum esse: Meae totius in dicendo rationis et istius ipsius facultatis — Nihil offendit, quod sequitur: tres sunt rationes. Sic enim in Topic. 9, 38 „Cujus (loci) primus est locus" —

Cap. XXXI. §. 134. ac non — Vulgo non. Nostrum exhibent Guelf. B. C. et Bül. et edit. Ven. 1470. Sic scribae non peccant. De hac correctionis formula conf. Hand. Tursell. I. pag. 473.

Cap. XXXIII. §. 144. Nam hercle — Jocose Ellendtius ad Brutum pag. 115 contendit, „me Nam continuativum ex auctoribus ejiciendum esse nimis severe censuisse." Volui tantum, hunc nostrum sermonem alacriorem fieri, reposito Jam. Si non mutatur vulgata, intelligis: Non licebit, nam —

Ibidem. mecum — Benecke ad Catilin. pag. 73. conjungit eodem et mecum. Quod falsum est. Mecum enim arctissime cohaeret cum tibi vivendum est.

Caq. XXXV. §. 149. id tamen diss. — Argumenta, quibus Schützius hunc totum locum ab interpolatore profectum esse sibi persuaserat, refutat vir doctissimus in censura editionis majoris, quae legitur in Bibliotheca Artium etc. Lipsiae 1807, ubi docet, additis parentheseos signis, hac adnotatione non perturbari orationis formam, deinde non ineptam esse hanc animadversionem, prudentem patronum dissimulare debere, quanta cum attentione adversarii orationem audiat, ne, si in ipsum illa magnam vim habere videatur, adversarii spem et animum alat et augeat. Ibidem: diligentia est, — Locum ita restitui, ut haec duo verba bis legerem. Quae lenior videtur medicina, quam si in fine enuntiati adduntur.

Cap. XXXVII. §. 154. libidinis scopulum — Lib. III. 41, 163 „Syrtim patrimonii, scopulum libentius dixerim." in Pison. 18, 41 „voragines scopulique reipublicae" in Fragmentt. pag. 319 ed. Bip. „in hos scopulos incidere vitae." Patet igitur scopulum libidinis esse scopulum, ubi libido quasi naufragium facere possit. Libido est Antonii voluptas, quam explere vult Graecos philosophos subauscultans. Ciceronem vero confundere et conflare similitudines suas cum rebus comparandis seu propriis, multa his quoque in libris loca docent.

Cap. XLIV. §. 185. sperent — Lectio spernant, quam etiam Bülov. exhibet, sine causa commendatur ab Orellio. Quum enim metuant et sperent sibi sint opposita, sicuti antea oderint et diligant, invideant et salvum velint, et postea cupiant et abhorreant, nemo dubitabit, quin sperent verum sit. Sic in Bruto 50, 188, qui locus est conferendus, sperat timet. Et in simillimo Oratoris loco, 37, 131, speret metuat. conf. infra §. 337 „aut in spem aut in metum.“ §. 187. erigere — Vulgatam restitui. Si enim interpretaris, facere, ut judex (qui inclinabat jam in partes adversarii) rectus stet, facile vides, quam apta sit haec oppositio, qua orator dicitur judicis voluntatem, unde velit, deducere, quo autem velit, allicere et impellere.

Cap. XLV. §. 189. pert. aliquid — h. e. nonnihil, aliquo modo. Matthiae ad or. pro Sestio 4, 10 duas causas proposuit, ut hanc vocem ex glossa adscriptam esse demonstraret. Primum quod reliquis verbis nihil ejusmodi additum sit. At hoc semel positum aliquid ad omnia praecedentia verba refertur, neque sine causa ultimum locum habet. Altera est, quod orator non debeat efficere, ut is, qui audit, pertimescat aliquid, sed ut in timore vel gravissimo versetur. At qui negat, fieri posse, ut is pertimescat ullam rem, idem simul negat, illum majore aliquo timore affici posse.

Cap. XLIX. §. 200. atque atroci — Immemor fuit hujus loci Ellendtius, ad Brutum cap. 22. pag. 66. ubi Buttmanni conjecturam atrocior sic refellit: „Id tamen accusatori potius quam patrono convenit.“

Cap. LIII. §. 212. inflandum est — Non est, ut cum Henrichsenio neges, latine dici, inflare aliquid alicui. Audias potius in Pison. 36, 89 „quum tibi spe falsa, quod — putares, animos rumor inflasset, —“

Cap. LIV. §. 216 Jocus et facetiae — Recte Cicero in Epp. ad Famil. VII. ep. 32 §. 2 „quae sunt a me in secundo libro de Oratore per Antonii personam disputata de ridiculis“ Antonius enim, qui primarias hujus libri partes tenet, etiam hujus disputationis est auctor et dux. Praeter ea, quae h. l. dicit, ipsum denuo audis §. 227 — 230. Et postquam Caesar a §. 235 usque ad §. 290 rem totam exposuit, ipse, quae restabant, breviter addit. §. 220. furem, — Repetit hoc dictum Quintil. VI. 3, 81. Cn. Planco — De scriptura hujus nominis dixit Classen. ad or. pro Cluent. pag. 197. et illo, qui — Sic optimi quique. Atque sic non corrigunt librarii. Praestat etiam propter positum voc. leporis, unde et illo intelligitur et illo lepore. §. 222. Nam ea dicta — Falso vertit Wolffius. Non enim in usu erat, bona dicta dicere pro salsis dictis; sed nude dicta. Hoc non refutatur Macrobii loco. Conf. Quintil. X. 3, 16 et 21.

Cap. LV. §. 222. aculei contum. — In hac metaphora nulla inest audacia, quam tamen vidit Moser. ad I. ReP. pag. 28. §. 224. nihil haberet — Recte Heusingerus. Consentiunt Krüger. in Quaestt. gramm. II. pag. 219 et Krehl. ad Priscian. VI. 12, 65. reliquisset — Quintil. VI. 3, 43 dicit, Ciceronem hanc narrationem etiam aliis quibusdam locis proposuisse. Nos autem praeter locum pro Cluentio nullam aliam novimus eius

repetitionem. §. 225. quae fuit — Aut ante quanta copula excidit, aut Cicero scripserat: quae, quanta fuit illa vis! Ibidem. majoribus — Orellius praemisit quid, quod ceteri Bruti majores, praeter eos, quorum imagines ducuntur, intelligantur. Quem tacite secutus est Henrichsenius. At non dicitur ceteris, sed tuis. Horum autem imagines ducuntur in pompa funebri. Nihili etiam est, quod Wolffius dicit, majores omnes intelligi posse. Equidem puto, librarium praetermissa verba majoribus tuis post proximum quid collocasse, et hoc quid nihilominus suo loco denuo scripsisse. dominatu regio — Hoc Adjectivum, in quo vis est, postponitur, ut proxime ante liberavit audiatur, in quo caput rei est. Ita fit pro Plancio §. 60. Epp. ad Fam. XI. 5, 3. Philipp. II. §. 87. Brut. §. 41. Alia de causa, sed non minus certa, postponitur in Tuscul. Disp. IV. 1. „dominatu regio republica liberata" et in Philipp. I. §. 13, ut ipsa collatione gravius res tantopere contraria in aures cadat. Contra in Philipp. VII. §. 19 vox regio praemissa est, quod ibi tertio loco posita vim majorem obtinet. Itaque Goerenzius in Jahnii Novis Annal. Critic. hanc rem non satis acute tractavit. §. 226. imagines ipsas — Recte Orellius. Est gradatio ad majus. Imagines illae sunt quasi majores vivi.

Cap. LVII. §. 233. disputes — Interpunctionem meam ediderat Orellius, quem laudat Beier. ad Laelium pag. 26. agunt in scena — Virgula non post gestum, sed ante hoc voc. collocanda est. Licet enim Cicero agere gestum dicat, ut pro Rosc. Amer. §. 24., numqnam tamen hoc dixerit, praemissis verbis in scena. Foenum esse — Operam perdit Billerbeckius, negans, comparari pecudes foeno alendas et oratorem ita divinum, ut ambrosia alendus videatur. Falso etiam Zellius („Ferienschriften" P. II. pag. 31.) vertit: Gegen diesen sind die andern Heu.

Cap. LVIII, §. 236. dissolvit — ad nihilum redigit, evertit. Vide Stuerenburg. ad or. pro Archia pag. 64. Totam autem rem breviter exponit Quintil. VI, 3, 1. et 8. Conf. infra §. 239. 248. et 266.

Cap. LIX. §. 240. Duo sunt enim — Sic de Divin. I. 6, 21. in Vatin. 4. Orator. §. 163. Eandem divisionem repetit Quintil. VI. 3, 22. narrationem — Vulgo tota praemittitur, quod Guelf. A. et C. omittunt. Quum etiam in cod. Bülov. et in edit. Veneta 1468 alio loco (post vocem Salsa) legatur, facile intelligitur, librarii oculos ad sequentem versum aberrasse. §. 242. ut idem Crassus — Vide Meyerum in Fragmentt. Oratt. pag. 150. Senium est, quum audio — Haec sunt verba filii, Antiphontis. Non enim Cicero, sed Comici dicunt: res mihi est senium, sive senio, i. e. parat mihi summum animi cruciatum. De significatu huius voas et usu dixit Garatonius ad Milonianam pa. 179. ed. Orell. rerum obscoenitate — Verborum transpositione, quam Wyttenbachius fecit, nihil opus videtur; quamquam Beierus ad Offic. I. pag. 226, aliique illum sunt secuti. Nam et verba et res dicuntur obscoenae, dictuque turpes. Conf. II. Finib. §. 7. de Nat. Deor. I. §. 111. Epp. ad Fam. IX. ep. 22. in. Conf. Quintil. VI. 3, 29.

Cap. LX. §. 243. quales sunt — Indicativum in codd. suis viderunt Schützius et

Goerenzius, eundem in editt. vett. Orellius. Pariter supra §. 6. qualis fuit. Variant codices in eadem re II. Nat. Deor. §. 71. II. Academ. §. 58. — §. 246. ex tempore — Hand. Tursell. II. pag. 650. — §. 247. Muscas — Jocose dictum tum demum intelligis, si recordaris, hoc cognomen fuisse in gente Sempronia, ut patet e Livii. Histor. lib. 45. cap. 13. Ridiculus error est in Schützii Lex. Cicer. Tom. I. pag. 361. sub h. v.

Cap. LXI. §. 248. locis fere — sic fere postponitur lib. III. §. 17 et 208. Vide Hand. Turs. II. pag. 702. — in furace, — ut Offic. I. §. 139 „quod in multis licet dicere." et Legg. I. §. 51. „quod item in virtute dici potest." §. 249. nascuntur omnia. Hoc positu verba leguntur in Erlang. et Exc. Pith. omnia h. e. severa et ridicula. ex vulnere — cf. Hand. Tursell. II. pag. 642, ubi nullum ex Cicerone locum affert. Ubi est — Sic quaerunt, qui desiderant, quod olim aderat. Oratorium usum vides pro Flacco §. 21. et 22. pro Plancio §. 33. Inprimis autem conf. ad Attic. II. ep. 12. §. 2. „Ubi sunt, qui ajunt ζώσης φωνῆς? Quanto magis vidi ex tuis etc. vetus illud — ut §. 260 pro Quintio §. 55. de Divin. II. §. 51. Epp. ad Attic. VII, 2, 7. ad Fam. VII. ep. 3. Num claudicat? — Claudus homo erat mali ominis, ejusque occursus credebatur inauspicatus, ut ait Gronov. ad Epp. ad Attic I. 16. 7. Sed quaerunt idem, si quem vident inepte agentem. In proverbio erat: claudus pilam; cfr. in Pison. §. 69. At hic — i. e. Non est, ut in hoc homine sic quaeras. Hic. enim non claudicat. At plauticat; quod aliud et non minus est pedis vitium, pariterque malo auspicio. Plauticat idem quod plautus est. De v. plautus vide Festum et interpretes ad Cic. Epp. ad Attic. I. 16, 3, ubi judices pessimi generis his ridiculis nominibus appellat: Talnam et Plautum et Spongiam. Ille autem C. Sextius Calvinus, valetudine incommoda, non nisi quum remiserant dolores pedum, aderat in causis, ut ait in Bruto §. 130. Pedibus igitur crassis et tumidis incessisse videtur. Vulgo legitur claudicat s. clodicat; quod nihili esse omnes consentiunt. circumveniri — „Noli dubitare, quin Cicero scripserit: non circum, sed hircumveniri. Qui subridiculus jocus in hominem male olentem, ex unius literae immutatione captatus. Nihil verius aut facetius. Haud aliter lusit Aristoph. in Acharn. 850." Toupius in Append. ad Theocrit. XX. 26. Equidem putaverim, Philippum posterius tantum dixisse. ad literam immutati i. q. non mutati, nisi una littera. Conf. Hand. Tursell. I. pag. 102. (IV. 1.) ubi nullum tamen Ciceronis locum attulit.

Cap. LXII. §. 252. conviv. liberorum — Opponuntur vulgo liberi et servi, ut de Legg. II. cp. 12. Itaque Cicero, ut aliquid honestum esse dicat, appellat libero dignum, ut in Pison. §. 22, de Offic. I. §. 104. de Finib. V. §. 47. Atque Schützius et Henrichsenius idem de nostro loco statuunt. Qua in re valde errarunt. Fori enim gravitati et dignitati opponitur convivii hilaritas et petulantia, ubi genio suo laxius indulgent, ubi liberiores et dissoluti sunt in compotando. Recte igitur Ruhnken. in Praef. ad Schell. Lexic. explicat dissolutus. Nec raro noster ita usurpavit. Vide pro Coelio §. 42. „detur aliquid aetati, sit adolescentia liberior. Epp. ad Fam. XII. ep. 22. in. „ne nimis liber in ulciscendo viderere."

Opponitur verecundia in Epp. ad Fam. IX ep. 22 init. „Amo verecundiam, tu potius libertatem loquendi.“ In proverbium abierunt convivii dicta Offic. I. c. 40. §. 144. Et Quintil. VI. 3, 14. Utique in conviviis et sermonibus multi sunt dicaces etc.

Cap. LXIII. §. 256. attendere et aucupari — Hoc igitur primum est genus ambigui. Aucupandum est in sermone alterius verbum, quod in respondendo ambigue dicatur; in quo genere licet multa sint frigidiora, alia tamen permulta acute dicuntur. Ut autem illa vitemus, cavendum est maxime, ne arcessitum dictum videatur. Haec, nisi prorsus fallor, fuit Ciceronis sententia. Necessario igitur pro etenim correxi etsi, signaque parentheseos sustuli. Nam in vulgato, licet nullus interpres haesisse videatur, et ut et tamen non habet, quo apte referas. Si tu — Vidit Ernestius, in hoc desiderari responsionis formam. Facile habes, si restituis: Sic tu. — Tum est consecutio ex alterius dicto facta.

Cap. LXV. §. 261. turmales — Statuarum multitudinem et Cicero ad Attic. VI. ep. 1. §. 17 et Vellej. Pat. I. c. 11. appellat turmam. Ergo honorem tot aliis jam tributum nihil aestimat Scipio. Id certe facetius est, quam si turmales cum Henrichsenio intelligis masculino genere. Cur enim laedat Corinthios, profitens, se illorum imperatores contemnere? Si autem non cum permultis aliis sed singulari et proprio honore ornari vult, nihil dicit, quod Corinthii aegre ferant.

Cap. LXVI. §. 265. in ventrem — Sic Orellio teste codd. plerique. Defendit Pearcius, quocum consentit Ruhnken. ad Terent. Andriam Dict. ed. Schop. pag. 8. Forcellini in Thes. sub v. auferre interpretatur: „in ventrem insumendam,“ quem errorem Germanus editor non correxit. §. 268. Jacta — Vulgo Tanta suspicio est, quod quam recte nuper Klotzius in Quaestt. Tull. pag 30. et Goellerus ad Oratorem pag. 453. defenderint, alii videant. Nec vero nunc Schützii emendatio a ceteris omnibus, quantum vidi, comprobata, mihi satisfacit. Hoc enim vere dicit Klotzius, in illo Africani dicto hanc suspicionem non obscure et tacite sed satis manifeste contineri. Nihil autem mihi aptius videtur, quam quod recepi, Jacta. Haec enim et propria hujus rei est vox, et ad literas vulgatae lectionis proxime accedit.

Cap. LXVII. §. 269. esse venturum — i. q, tibi comparaturum esse max. pec. Atque sic in Verrin. lib. III. §. 196 „me ad denarios perventurum.“ Epp. ad Fam. XIII. ep. 14. §. 2. „ad nummosque perveniat.“ §. 270. Fannius — De hoc conf. Heeren de fontibus Plutarchi, pag. 133. et Meyerum ad Brutum §. 101. Africanum hunc — Pronomine hic Cicero solet Afric. minorem opponere majori. Vide Stuerenburg. ad or. p. Archia pag. 108.

Cap. LXIX. §. 280. deinde — dederis — „tum non opus erit mihi dari patronum“ explicat Handius in Tursell. II. pag. 248, ubi docet, particula deinde exprimi consecutionem, (quod prorsus negaverat Rud. Hanovius,) apteque contulit Ovid. Fast. I. 15. „da mihi te placidum, dederisque in carmina vires.“ Siculus autem ille indicat, patronum

hunc, causam dicentem, sublevaturum esse eum, quem contra diceret, quae fere Ciceronis sunt verba in Verr. Accus. I. 9, 24. Ulpiani locus de more, ex quo praetor dat patronum, si non habent rei, legitur in fr. I. §. 4. D. 3. 1.

Cap. LXX. §. 281. Bella etiam est — Vocem est suspectam habent Beierus ad Offic. I. pag. 150 et Gernhardus in Addendis ad Laelium pag. 278. Non adsentior. Nam ut hic, sic §. 283 „Bellum etiam est" et permultis aliis locis etiam verbi substantivi vim auget. Est nostrum „noch" conf. Grysar (Theorie des Lat. St.) pag. 475. §. 283. si potes — Erravit Ellendtius ad Brutum pag. 132, ubi nostrum locum in eorum numero posuit, quibus si a Cicerone pro num dictum sit. Quod ne illi concedas, modus Indicativus „potes" prorsus impedit. Si potius in his dictionibus est simplex conjunctio conditionalis. Plane simile est illud Terentii in Phorm. III. 3. 20. „Vide, si quid opis potes adferre huic." §. 285. sapiens — Videtur hoc significare: Si sapiens vir es, tremes, si algebis. Bosius in Animadversionibus in Epistolas Ciceronis ad Atticum, lib. II. ep. 2. in. locum nostrum ita legit: Est focus, est familia; sapies; si algebis, friges. — Talaeus, cui etiam Henrichsenius adsentitur, in hoc dicto Stoicorum irrisionem videns, plane erravit. Nihil enim est, nisi jocus praeter exspectationem. Quod putas, te sapientiae praeceptum auditurum esse, rides, nihil ejusmodi audiens, sed id, quod est naturale. Nam pro monstro est, si quando, qui sudat, tremit, ut ait Plautus in Asinar. II. 2, 23.

Cap. LXXI. §. 288. nimis mihi — Nuper etiam Gernhardus ad Cic. Laelium cap. 16. §. 58. iis assensus est, qui nostro loco voc. nimis rejiciunt. At per se aptum est et codicum auctoritate nititur. Ac multa hoc loco non per se nimis multa significare posse, recte judicat Blumenthalius in Prolus. scholast. Stendal. 1829. §. 290. Pomptinum — Strebaei interpretationem, qui Pomptinas paludes intelligit, ab Henrichsenio repetitam, plane non probaverim. Quis enim de navigatione cogitet? Et quis in Pomptinam paludem devertat? Intellige potius Pomptin umdeversorium, h. e. deversorium Pomptini agri (Liv. II. 34. VI. 5 et 6.) censeo — Schützius conjungit: censeo deverteris; dicens, deverteris pendere a censeo. Alii conjungunt censeo, ut, multo longius a vero aberrantes. Nam deverteris est Futurum Exactum, ut vocant; neque ab alio verbo regitur; censeo est adjectum ad verba proxime praecedentia, significans, ut equidem puto; ut est ita, ut; nam ex tali deversorii illius ratione fit, ut Antonius putet.

Cap. LXXII. §. 292. dissimulanter obruatur. Recte Ernestius haesit in dissimulatum. Si enim totum obruitur, illud non potest esse dissimulatum. Nihil egit Orellius, quum e libris reciperet: dissimulatum, ante obruatur. Hoc enim ante nihil aliud esse potest, nisi: priusquam defugio. Quod nihili est. Censor Jenensis conjecit arte, quod hac in re prorsus displicet. Equidem rem mihi ita fingo. Vitiose scriptum erat dissimulatum. Correxit aliquis posteriores syllabas, supra scribens anter. Hoc deinde in contextum est receptum, abjecta ultima litera. Dissimulanter facere Cicero supra dixit; lib. II. 35, §. 149. conf. in Bruto 79, 274.

Cap. LXXIII. §. 296. tectissimum — Stuerenburgius in Annotatione ad Cic. orat. pro Archia pag. 34. nihil certius putat, nisi sua disputatione et hanc lectionem et eam hujus vocabuli significationem, quam et nostro et aliis obtinet locis, esse exstirpatam. Tamen non est difficile intellectu, quanti sint errores, in quos inciderit. Primum enim indicat, unum codicem habere lectionem tectissimum. Quod dixit. Orellii, nisi fallor, notula deceptus. Certe ex Schützii verbis patet, Guelf. C. idem habere. Henrichsenius idem in sex codicibus scriptis exstare testatur. Atque idem est in utroque Goerenzii. Quod porro rectissimum commendavit, in eo non minus fallitur. Rectus enim semper ad animum et ad justam sentiendi agendique rationem spectat, quae ne digitum quidem a constantia dicendi et agendi decedit. Nunquam per se indicat eum, qui „semper rectam in dicendo eligit viam, nec unquam quicquam dicit, quod obsit ei, pro quo dicit.“ Et tum quidem Cicero inepte garriret, si pergeret, ut pergit: propriumque hoc esse laudis tuae, nihil a te unquam esse dictum, quod obesset ei, pro quo diceres. Denique falso ille docet, tectus nihil aliud esse, nisi verschwiegen, geheimnißvoll. Quis enim negat, tegere se esse tutum se reddere, tueri se ab hoste et adversario? Tectissimus est igitur: ab omni parte tutus contra hostium tela. Est autem haec vox nostro loco aptissima, quum Antonius ipse paulo ante oratoris munus cum pugna comparaverit §. 294. Atque luce clarius est, hac voce nostro loco illud insigne et egregium exprimi, quod lib. III. 9, 32. in eadem re indicatur his verbis: „praemunitum (genus dicendi) et ex omni parte causae septum. De loco in Philipp. XIII 3, 6, in quo ille prorsus erravit, dicere nunc non attinet.

Cap. LXXIV. §. 298. cui quidem — Non solum repetitio v. quidem, quae codicum auctoritate nititur, nihil praebet offensionis, sed accedit etiam, quod Cicero formulae „portenti simile“ illud „quiddam“ addere non solet. Vide II. Philipp. 27, 66. V, 4, 11. ad Attic. XIV. ep. 21. §. 1. pro Rosc. Amer. 13, 37.

Cap. LXXV. §. 305. ac caussam — Duplicatis duabus literis addidi copulam, quae quam maxime mihi videbatur necessaria. De ac ante c dixi in observatt. de vi et usu verb. quor. latin. 1828, quae post Handium in Tursell. I. pag. 457 augere nolo.

Cap. LXXVI. §. 308. eorum partim — ut supra §. 94. De hoc dicendi usu conf. Beier ad II. Offic. pag. 138. Giese ad II. de Divin. pag. 301. Usteri ad Wolfii Notas ad Iliadem Vol. II. pag. 219. et Perlet in Animadverss. ad Terentium pag. 136.

Cap. LXXVII. §. 312. ad augendum — Matthiae agendum praeferens, ut ad dignitatem causae referatur, qua fiat, ut graviter illa agatur, non videt, propter proxime sequens et ad ornandum necessario priori loco, non universam illam dicendi notionem, sed singulare aliquod oratoris munus requiri. Diversas autem esse notiones augendi et ornandi, ideoque recte bis poni ad, patet etiam ex loco jam comparato, ubi est ornandi aut augendi causa. A librariis confundi augere et agere, praeter nostrum locum, docet. II. Verr. 30, 73. — §. 315. tum denique — Sic distinctius designatur, postremo demum tempore, ceteris rebus jam absolutis, hoc fieri. Nescio quamnam abundan-

tiam in his particulis viderit Beier. ad oratt. fragm. pag. 172. Ablativis praemissis, haud raro sic Cicero. Conf. Otto ad IV. de Finib. 13, 32. et Handii Tursell II. pag. 276.

Cap. LXXIX. §. 323. in initiis — Vulgo initiis. Priores literas bis scripsi, quum Praepositio h. l. abesse non possit. Alia est loci ratio, qui legitur lib. I. §. 121. et II. 341.

Cap. LXXX. §. 329. argumentando — Probavi hanc Bülov. lectionem, quae ita apta videtur, ut ipsa se tueatur. Sic supra §. 311. Erit autem — Ridicule errat Ellendt. de formis pag. 20, quum non vidisset, exit esse typographi errorem.

Cap. LXXXII. §. 336. Inciditur — Nam quasi incisis nervis omnis deliberatio tollitur etc. Atque nervos etiam in tropo addere solet Cicero. Conf. Acadd. I. 10, 35. nervos virtutis inciderit. II. Agrar. 18, §. 47. incident nervos populi Romani. XII. Philipp 3, 8. legionum nostrarum nervos nonne his consiliis incidimus? In II. Philipp. 19. 47 „Tametsi incidamus oportet media, ne nimis sero ad extrema veniamus“ est abrumpere.

Cap. LXXXIV. 341. Q. Tuberoni — Locis, quos laudat Henrichsenius, addo Majum in Class. Auctor. II. pag. 106. — §. 344 non ipsis tam Vulgo: non tam ipsis, qui eas in se habent. „Perperam in se servari voluit Ern., servavitque Orell. sed melius fecissent, si Lambino obtemperassent, quocum et alii codd. et Leid. facit. Non certe additum hoc Rep. I. haud longe ab init. Quumque praeterea illi codd. sic efferant, non ipsis tamque ea e habent, restituatur etiam melior verborum ordo: non ipsis tam qui eas h.“ Bak. in Bibl. Bat.

Cap. LXXXV. §. 350. quibus rebus — ex codd. auctoritate restitui rebus. Conf. Giese ad II. Divin. pag. 210.

Cap. XC. §. 365. doctiss. viros — Conf. Curas Secund. ad orat. p. Sestio p. 120 ubi Matthiaei errorem notavi.

[illegible] pag. [illegible]

Cap. LXXVII. [illegible]

Cap. LXXXIII. [illegible]

Cap. LXXXIV. [illegible]

Cap. LXXXV. [illegible]

Cap. XC. [illegible]

# Jahresbericht.

Die Vorbereitung der Knaben, welche für das Gymnasium bestimmt sind, erfolgte auch in diesem Jahre hier am Orte theils durch die städtische Elementarschule, theils durch eine Privatanstalt. Was die erstere betrifft, so wird die Klage, daß die Schüler, welche aus ihr zu uns übergehen, auch bei vorgerücktem Alter meistentheils zu unsicher in den Elementen, und im Denken zu wenig geübt sind, niemanden wundern, der es weiß, daß in jener Schule die Translocation in die höhere Klasse nicht nach der Würdigkeit der Schüler, sondern nach den Raumverhältnissen in den Klassenstuben sich richtet. Wenn dagegen in der vorhandenen Privatanstalt, bei geringer Schülerzahl, die geistigen Anlagen der Knaben besser geweckt und ein schnelleres Fortschreiten im Lernen bewirkt werden kann, so bleibt dennoch zu bedauern, daß sie sich nicht auf ein niederes Ziel beschränkt, sondern eilfjährige Kinder, oder auch wohl noch jüngere, mindestens der fünften Gymnasial-Klasse, lieber noch der vierten zuweisen will. Noch hat es sich immer gezeigt, daß den Knaben, welche bei der Prüfung nothdürftig Genüge geleistet hatten, nachher beim Unterrichte selbst die nöthige Reife fehlte, nicht blos Lücken sich fanden, sondern bei ihnen auch die Sicherheit und feste Einübung mangelte, welche in unsrer sechsten Klasse so sehr erstrebt wird. Da schon viele Eltern diese Erfahrung an ihren Kindern gemacht haben, darf ich wohl nicht besorgen, daß man irgendwo Eigennutz für die Quelle dieser Bemerkung ausgeben werde.

Die Lehrverfassung des Gymnasiums ist dieselbe geblieben, wie die vorjährige Nachricht sie darstellt. Nur haben es die Lokalverhältnisse dringend erheischt, daß der Französische Unterricht in den Lectionsplan der vierten und fünften Klasse wieder aufgenommen wurde. Die ihm zugewiesene Stundenzahl ist ohne Nachtheil durch Ersparniß beim Lateinischen gewonnen worden. Was das Lehrer-Personale anlangt, so ist dasselbe etatsmäßig unverändert geblieben. Allein die Krankheit des Collab. Rapsilber hat ihn genöthigt, mit Genehmigung der hohen Behörde auch während dieses ganzen Jahres sein Amt durch den Schulamts-Candidaten Benkendorf vertreten zu lassen. Außerdem erkrankte zu unserm großen Leidwesen schon im Februar d. J. vom neuen der Oberlehrer Dr. Hennicke, Ordinarius von Tertia, an einem abzehrenden Brustübel. Bereitwillig hat das Lehrer-Collegium seine Stellvertretung vollständig übernommen und bis jetzt gewissenhaft ausgeführt. Aufrichtig und herzlich wünschen wir nur, die Vorsehung möge diesem trefflichen Lehrer und Collegen baldigst eine völlige Genesung schenken.

Die Frequenz unsrer sechs Klassen betrug nach Michaelis 1838 die Zahl: 195, nach Neujahr 1839 blieben: 188, nach Ostern: 186, nach Johannis: 185; nämlich in I. 23, in II. 38, in III. 43, in IV. 27, in V. 39, in VI. 15.

Mit dem Zeugniß der Reife wurden zu Ostern d. J. zur Universität entlassen:

1. Rudolph Virchow, Sohn des Kaufmanns Virchow in Schievelbein, 17¼ Jahr alt, 2 Jahre in Prima. Er wird zu Michaelis in das Friedrich-Wilhelms-Institut zu Berlin eintreten.
2. Wilhelm von Böhn, Sohn des Gutsbesitzers von Böhn auf Wendisch-Plassow bei Stolp, 19¾ Jahr alt, 2½ Jahr in Prima. Er studirt in Berlin Jura und Cameralia.
3. Carl Haken, Sohn des Ober-Post-Secretär Haken hieselbst, 17½ Jahr alt, 2 Jahr in Prima. Er studirt in Berlin Theologie.

4. Wilhelm Garbrecht, Sohn des verstorbenen Canzlisten Garbrecht zu Cöslin, 18¾ Jahr alt, 2 Jahr in Prima. Er studirt in Berlin Theologie.
5. Wilhelm Schulz, Sohn des Rector Schulz zu Stolp, 18 ¼ Jahr alt, 2 ½ Jahr in Prima. Er studirt in Berlin Medizin.
6. Herrmann Emil de Camp, Sohn des Kreis-Physikus Dr. de Camp zu Lauenburg, 20¾ Jahr alt, 2 Jahre in Prima. Er studirt in Greifswalde Medizin.
7. Hugo von Wenden, Sohn des Gutsbesitzers von Wenden auf Hufenberg, 19½ Jahr alt. 2 Jahre in Prima. Er widmet sich in Berlin den Forstwissenschaften.

Zur Michaelis-Prüfung haben sich zu demselben Zweck gemeldet:

1. Albert von Below, Sohn des Landschafts-Directors von Below auf Reddentin bei Stolp, 20½ Jahr alt, 2 Jahr in Prima, welcher Jura studiren will, und
2. Anton Palis, Sohn des Predigers Palis zu Zettin bei Stolp, 19 Jahr alt, 2½ Jahr in Prima, welcher Medizin studiren wird.

Aus der Anzahl der an das Gymnasium ergangenen Verfügungen des Königl. Consistoriums und Prov. Schul-Collegiums von Pommern erwähne ich an diesem Orte nur die vom 21. März d. J., des Inhalts, daß zur Anmeldung für den Postdienst ein Zeugniß über die erlangte Reife für Prima eines inländischen Gymnasiums in allen Lehrgegenständen, mit alleiniger Ausnahme der griechischen Sprache, erforderlich sei, und daß ausdrücklich bemerkt werden solle, es gehöre der Aspirant nicht zu den sogenannten Realschülern, wenn etwa dergleichen überhaupt vorhanden wären.

Außerordentliche Ereignisse haben nicht Statt gefunden. Die gemeinschaftliche Abendmahlsfeier mit den confirmirten Schülern fand am 14. October v. J. Statt. Die Entlassung der Abiturienten am Oster-Termine erfolgte am Schlusse der Translocationsprüfungen, am 22. März d. J. vor einer zahlreichen Versammlung durch eine Rede des Directors. Zu Pfingsten hatte uns das Königl. Consistorium mit Rücksicht auf die durch die Stellvertretung vermehrten Arbeiten des Lehrer-Collegiums eine Ferienwoche gestattet, was wir mit großem Danke als einen Beweis seiner Güte und seines Wohlwollens anerkannt haben. An dem freudigen Jubeltage des hochgefeierten Herrn Consistorial-Raths Dr. Koch konnte das hiesige Lehrer-Collegium leider nur durch Uebersendung eines Festgedichts Antheil nehmen. Unerwartete Umstände verhinderten den Director persönlich zu erscheinen, so sehr es auch sein Wunsch war, dem Stifter und Lenker unsers Gymnasiums mündlich die Fortdauer seines Respects und seiner Dankbarkeit zu versichern. Im Anfange des Sommers verlor das Scholarchat des Gymnasiums seinen einsichtsvollen und sehr verdienten Präses, den Herrn Ober-Regierungs-Rath Braun, welcher als Chef-Präsident der Königl. Regierung nach Gumbinnen abging. Die Sommerferien waren diesmal mit einiger Abweichung von der allgemeinen Vorschrift auf die Zeit vom 7. bis 27. Julius gelegt. Auf diese Weise wurde es uns möglich, in der darauf folgenden Woche den Geburtstag Sr. Majestät unsers geliebten Königs auch im Gymnasium durch einen festlichen Actus vor einer angesehenen Versammlung zu feiern. Auf Gesänge des Schülerchors folgte die deutsche Rede den Directors, gerichtet an alle Klassen der Lehranstalt, in welcher er ihnen entwickelte, wie sie durch tiefe Ehrfurcht vor dem Herrscher, durch unerschütterlichen Gehorsam gegen die Landesgesetze, und durch bereitwillige Uneigennützigkeit im Staatsdienste dem besten Könige am schönsten huldigten und zu diesen Gesinnungen schon in ihrer Schulzeit einen tüchtigen Grund legen müßten. Zum Schluß sprach er ein Lateinisches Gebet.

Von den hohen Behörden haben uns in diesem Jahre nur der Königl. Ober-Präsident der Provinz Pommern Herr von Bonin mit Ihrem ehrenvollen Besuche überrascht. So vielfach die

Thätigkeit Desselben am hiesigen Orte in Anspruch genommen wurde, hörte Derselbe dennoch mehrere Stunden lang den Unterricht in den obern drei Klassen.

Die Gymnasial-Bibliothek, so wie die Lesebibliothek für die oberste Klasse sind auch in diesem Jahre theils aus den angewiesenen Fonds, theils durch Geschenke des Hohen Ministeriums der Geistlichen, Unterrichts ꝛc. Angelegenheiten reichlich vermehrt worden.

Die regelmäßigen Leibesübungen, welche wegen Mangel an Theilnahme seit mehren Jahren unterblieben waren, konnten im Anfange dieses Sommers einen neuen lebhaften Anfang nehmen. Zu unsrer großen Freude erbot sich nämlich der Bau-Eleve, Herr Kawerau, Sohn des hiesigen Regierungs- und Schul-Rathes Herrn Kawerau, welcher Eiselens Institut zu Berlin längere Zeit besucht hatte, zur Leitung dieser Uebungen für eine mäßige Vergütigung durch Beiträge der Theilnehmenden. Und da der sehr geehrte Herr Seminar-Director Henning erlaubte, daß statt des früher benutzten, weit entlegenen Platzes der im Seminar-Garten befindliche Turnplatz auch von den Gymnasiasten benutzt werden durfte, so fand sich unter den Schülern so viel Neigung dazu, daß sie in drei Abtheilungen geschieden werden konnten, von welchen eine jede wöchentlich zweimal in den Abendstunden geübt wird.

Der Unterstützungs-Verein, welcher aus jährlichen Beiträgen besteht, die theils in der hiesigen Stadt, theils in der Umgegend subscribirt sind, hat auch in diesem Jahre an 14 Schüler der obern Klassen Stipendien zu 20 und 15 Thaler vertheilt. Dem Vereine sind hier neu beigetreten: Herr Geh. Regier. Rath von Hern mit 2 rtl. Herr Consf. Rath Roth mit 2 rtl. Herr Dr. Schiffmann mit 2 rtl. Herr Stadt-Ger. Dir. Orthmann mit 1 rtl. Herr Just. Commiss. Villnow mit 1 rtl. Herr Ober-Landes-Ger. Rath Fürstenthal mit 1 rtl. Ferner in Pollnow: Herr Stadtrichter Reimer mit 3 rtl., Bürgermeister Fauck mit 1 rtl., Prediger Ave Lallemand, Amtmann Zernold, Ober-Steuer-Contr. Wilke, Rathmann Laude, Mühlenbesitzer Pinnow, sämmtlich mit einem halben Thaler. Zu Colberg: der Apotheker Stark mit 1 rtl. In Jamund bei Cöslin: der Prediger Weise mit 1 rtl.

Durch das Testament des im vorigen Herbst hierselbst verstorbenen Kreis-Chirurgus Kaufmann sind dem Gymnasium zu demselben Zwecke 15 Thaler, jährlicher Zuschuß, vermacht worden.

Zum Schluß sei es mir erlaubt zu erwähnen, daß in diesem Sommer vier unsrer ehemaligen Schüler auf der Universität zu Berlin bei verschiedenen Preisbewerbungen den Sieg davon getragen haben, nämlich: Lenz aus Colberg, Kirschstein aus Cöslin, Wegner aus dem Lauenburgschen, und Lehmann aus Curow bei Cöslin. Zöglinge, welche auf diese Art beweisen, daß der in ihnen angeregte wissenschaftliche Sinn kein vorübergehender war, bereiten ihren ehemaligen Lehrern die reinste und schönste Freude und begründen am sichersten den Ruf der Schule, welche sie bildete.

Die diesjährige öffentliche Prüfung wird am Freitage, den 27. September, des Morgens von 8 bis 12 Uhr und des Nachmittags von 2 bis 5 Uhr abgehalten werden. Um 11 Uhr ist Valedictions-Actus der zur Universität abgehenden Primaner.

Montag den 7. October beginnt der Winter-Cursus. Die städtischen Schüler, welche neu eintreten sollen, werde ich Montag den 30. September früh von 8 Uhr an prüfen; die auswärtigen werde ich am Sonnabend, den 5. October, ebenfalls des Vormittags erwarten.

Müller.